1480

Noverint universi. Quod nos Franciscus Ordines alias Parallada parterius civis Barchinone et Eulalia eius uxor que fui filia Jacobi Robio quondam fusterii civis Barchinone et domine Caterine viventis que
fuit uxor eiusdem. Ac etiam ego dicta Caterina. Confitemur et recognoscimus vobis Francisco Parallada fusterio civi dicte Civitatis avunculo mei dicti Francisci presenti quod venistis nobiscum ad
bonum verum rectum iustum et legale ac finale compotum et veridicam rationem de et super illis ducentis florenis valentibus Centum decem libras barchinonenses quas vos recepistis a me
dicta Caterina de voluntate mei dicti Francisci quasque Centum decem libras ego dicta [illegible] in dotem dicto Francisco Ordines alias Parallada. Et quasquidem Centum decem libras
vos dictus Franciscus Parallada de nostrum omnium predictorum voluntate misistis et con[illegible] in non nullis raupis et bonis mobilibus ad opus et servicium nostri dictorum Francisci
et Eulalie et domus nostre emptis ac in missionibus et expensis factis occasione dicti [matri]monii. Quo compoto facto et legittime examinato nedum semel ymo bis tercio et
pluries constat pro certo et rei veritas sic se habet quod nichil ex predictis Centum decem libris penes vos remansit nec remanet Quinimmo vos eratis recuperaturus quatuor libras barchinonenses
quas nobis dictis coniugibus graciose remisistis. Confitemur etiam et recognoscimus vobis quod dedistis et tradidistis vobis michi dicto Francisco Ordines alias Parallada omnes dictas raupas
et bona mobilia. Et ideo renunciantes exceptioni dicti compoti bene et legaliter non examinati et non redditi et rauparum et bonorum predictarum non habitarum et non receptarum
et errori calculi et legi sine iuri dicenti quod propter errorem calculi compotum retractetur et exceptioni de dolo malo et actioni in factum et omni alii iuri rationi et consuetudini huic
obviam venientibus In testimonium premissorum presentem vobis facimus apocam de receptis ac bonum et perpetuum finem et pactum firmissimum de ulterius aliquid inde non petendo et de non agendo
solenni stipulatione vallatum. Sicut melius dici potest et intelligi ad vestrum vestrorumque salvamentum et bonum etiam intellectum. Et in super nos per nos et omnes heredes et successores
nostros quoscumque gratis et ex certa sciencia absolvimus diffinimus et remittimus vobis dicto Francisco Parallada et vestris omnes et singulas actiones questiones peticiones et demandas
quas nos et seu quivis nostrum possemus nunc vel in futurum facere intemptare proponere seu movere ratione predicta contra vos et vestros ac bona vestra et eorum. Promittentes vobis ratione
premissa nos seu quemvis nostrum seu nostros non facere intemptare proponere seu movere contra vos vel vestros ullo unquam tempore actionem aliquam questionem peticionem vel
demandam litem vel controversiam de iure vel de facto in iudicio vel extra iudicium nec ratione premissorum vos vel vestros aut bona vestra et eorum in iudicium seu causam trahemus
nec aliquis nostrum trahet nec molestabimus seu aliquis nostrum molestabit. Immo super omni actione questione peticione et demanda quas nos seu quivis nostrum seu nostri
ratione premissorum facere possemus intemptare proponere seu movere contra vos vel vestros et bona vestra et eorum nunc vel in futurum imponimus nobis et nostris et cuilibet nostrum
silencium sempiternum omnemque agendi viam abdicamus penitus et extollimus serie cum presenti. Insuper nos superius nominati convenimus et bona fide promittimus
vobis dicto Francisco Parallada et vestris. Ac etiam non vi nec dolo sed sponte iuramus in animas nostras per dominum deum et eius sancta quatuor Evangelia manibus nostris corporaliter tacta
predictam confessionem apocam absolucionem diffinicionem remissionem et finem ac alia omnia supra contenta semper rata grata et firma nos et quemlibet nostrum habere tenere et
observare et in nullo contrafacere vel venire videlicet me dictam Eulaliam quia minor sum viginti quinque annis maior vero sexdecim annis ratione minoris etatis et ignorancie
restitucionis in integrum neque nos omnes predictos ex quacumque alia ratione iure modo seu causa. Renunciantes quantum ad hec ego dicta Eulalia beneficio minoris etatis et ignorancie
ac restitucionis in integrum et nos omnes predicti omni alii iuri rationi et consuetudini contra hec repugnantibus. Hec igitur omnia et singula supradicta facimus paciscimur convenimus
et promittimus nos dicti Franciscus Ordines alias Parallada et Eulalia eius uxor et Caterina vobis dicto Francisco Parallada avunculo mei dicti Francisci et vestris. Necnon et notario infra
scripto ut publice persone pro vobis et vestris et aliis etiam personis omnibus quarum interest et intererit recipienti et paciscenti ac etiam legittime stipulanti. Actum est hoc
Barchinone Septima die mensis July anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo quinto. Sig+na Francisci Ordines alias Parallada et Eulalie eius uxoris pre-
dictorum qui hec laudamus firmamus et iuramus presentibus testibus venerabili Narcisso Ferran mercatore et Francisco Coll candelerio cere ac Johanne Robio fusterio omnibus Barchinone. Sig+num
Caterine predicte.

Sig+num Johannis Fogassot auctoritate Regia notarii publici Barchinone. Qui huiusmodi instrumentum per dictos Franciscum Ordines alias Pallada et dominam Eulaliam eius uxorem
ut supra patet firmatum per prenominatam vero dominam Caterinam minime firmatum scribi fecit et virtute precepti ex parte Illustrissimi domini Infantis
locumtenentis generalis magestatis serenissimi domini Regis et ex provisione facta per magnificos et providos viros Petrum Falco et Gasparem Vilana
legum doctores iudices relatores causarum In ipso precepto mencionate ipsi notario facti quod preceptum fuit registratum In libro preceptorum Curie honorabilis
baiuli Barchinone sub kalendario Decime octave die mensis Septembris anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo Octuagesimo absque firma
prefate domine Caterine clausit die vicesima secunda predicti mensis Septembris. Cum supraposito In linea .xvj. firmissimum.

1480

[illegible]